

No. 73. 1310. 3. Febr.

Diétrich genannt von Torgau zu Püchau gelobt, Wald und Wiese an der Elster und zu diesen gehörende Hofstätten in und bei Leipzig, welche Nicolaus der Sohn des Bürgers Bruno und dessen Bruder von ihm zu Lehn gehabt haben, dem Markgrafen aufzulassen. Vgl. No. 78.

Ego Theodericus dictus de Turgowe manens in Bichene per praesentem litteram me obligo et meos heredes ad resignandum coram illustri principe domino meo marchione Misnensi silvam et pratum secus ripam Alestriam sita et areas intra et circa civitatem Lipzk ad dictam silvam pertinentes, quas Nicolaus filius Brunonis civis Lipzensis et frater eius cum dicta silva et prato a me hactenus tenuerunt in feodo, et ad laborandum fideliter, ut dicta silva, pratum et areae cum omni iure suo, quo ad me pertinuerant, ecclesiae sancti Thomae in Lipzk approprientur liberaliter et donentur. In cuius obligationis evidentiam hanc paginam sigilli mei impressione munitam praeposito dictae ecclesiae tradidi pro cautela. Datum anno domini millesimo trecentesimo decimo, sequenti die post purificationem beatae virginis. Testes huius facti sunt frater Nicolaus Haul et dominus H. plebanus in Bichene et dominus Otto capellanus, Jenkinus de Zebene et ceteri servi mei et fideles.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem beschädigten Siegel an einem von der Urkunde selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen.

No. 74. 1310. 16. Juni.

Probst Conrad und das Capitel beurkunden, dass Arnold Seiler und dessen Ehefrau Elisabeth bei Unterbringung ihrer minderjährigen Enkel im Kloster 32 Mark und 3 Pfund Pfennige Erbzinse von den Fleischbänken und einigen Hofstätten überwiesen haben.

Nos Conradus dei gratia praepositus, Johannes prior totumque capitulum canonicorum regularium ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipzk recognoscimus et praesentibus protestamur, quod Arnoldus dictus Seiler et uxor eius domina Elyzabet post multas preces obtulerunt deo et nobis duos pueros Johannem et Nycolaum filios filiae suae Clarae per dilectum nobis Nycolaum Papam progenitos cum XXX^a II marcis et tribus talentis denariorum annis singulis, de macellis intra civitatem XXIX solidis et extra civitatem in bonis, quae quondam fuerunt Symonis et Johannis fratrum dictorum Bech, de quibusdam areis XXX^a II solidos annis singulis colligendos, qui XXX^a II solidi fuerant dotalitium praedictae dominae Clarae usque in vesperam sancti Gregorii, quando ipsa dictos solidos ad manus nostras coram patre suo praefato Arnoldo et matre et Johanne de Wida, Johanne dominae Cine, Heinmanno de Trennowe et Conrado Coquinario, Johanne Pletenero et Th. scolare filio filiae dictorum Arnoldi et uxoris suae praefatae in aestuario ipsorum liberaliter resignavit, ea conditione ut praedicti illi XXX^a II solidi de areis et XXIX de macellis pueris praelibatis ad sua necessaria deserviant quamdiu vivunt et uni quidem eorum si alter mortuus fuerit integraliter ut ambobus. Saepe dictos etiam solidos denariorum prae-